Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur.
Wien-Leipzig, 1899 Seite VII
Quelle:
Copyright:

Vindobonensem,[1]) cuius illustrissimi professores in largitorum numero inveniuntur. Ioannes Polczmacher, decretalium doctor ac praepositus ad s. Petrum Brunensis, quadraginta sex codices de decretalibus, sex de iure civili, triginta morales et poeticos monasterio legavit[2]) ea condicione, ut libri iuridici studiosis et doctoribus iuris data cautione et convenienti pretio commodarentur.[3]) Urbanus Mellicensis, rector universitatis a. 1425 et 1427, canonicus ad s. Stephanum, codices dedit septem;[4]) Nicolaus de Dinkelspühel codicem unum propria manu exaratum,[5]) Ioannes Oppenweyler de Haylprunna, theologiae doctor, codices quattuor,[6]) Narcissus Herz de Berching unum.[7]) Nec deerant alii diversae condicionis homines, qui libros donarent; quod ex inscriptionibus colligere licet, Stephanus Kayser quinque codices,[8]) Thomas de Weytra, sacerdos dioeceseos Pataviensis, quattuor,[9]) Leonardus Dienhofer, qui fuit Wolfgangi de Everding monasterii sodalis frater, quinque,[10]) Christianus Waslab clericus Waitzendorfensis duo,[11])

---

[1]) Cf. Aschbach, Geschichte der Wiener Universität im ersten Jahrhunderte ihres Bestehens, Wien 1865; Kink, Geschichte der kaiserlichen Universität zu Wien, Wien 1854.

[2]) Quorum hoc tempore duodetriginta certo inveniri possunt: codd. 1—9, 77—80, 82, 84, 134—137, 163, 220, 222, 229, 247, 281, 344—346.

[3]) De testamento cf. Wolfsgruber, Regesten aus dem Archive des Benedictinerstiftes Schotten in Wien, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 105.

[4]) Cf. adnotationem cod. 363.

[5]) Cod 274 ut videtur.

[6]) Codd. 42, 125, 300, 343.

[7]) Cod. 20.

[8]) Codd. 13, 14, 76, 90, 207.

[9]) Codd. 31, 87, 100, 103.

[10]) Codd. 46, 49, 92, 292, 387.

[11]) Codd. 128, 376.